# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Perfectio s
### cum uariis

Ad finem debet perducere que prudentum intentio uisa est suscepisse quia sicut perfecta laudem pariunt, ita et uituperationem generant que in mediis conatibus egra deseruntur. Defectus enim rerum aut consilium titubare aut uires arguit defuisse.

Cassiodorus libro IIII. epistolarum epistola XXXI.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

uituperationem] intemperationem C; deseruntur] deserunt B